

IVSTI LIPSI  
EPISTOLARVM  
SELECTARVM  
Nella libreria C E N T V R I A  
SINGVLARIS

Ad Italos & Hispanos, quive in iis locis.



A N T V E R P I A E,  
Ex OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Viduam & Filios Io. Moreti.

cIc. Ic. xiiii.

Cum Priuilegijs Cesareo & duorum Regum  
& Principum Belgarum.

Esta expresa conforme  
al vicio de exageratio  
del cardenal Bogata  
Salvay agosto 12. de  
1635

Paul Schreyer  
y conforme en la  
1640. Salvo su  
18. de 1640

Paul Schreyer

I L L<sup>MO</sup> E T R E V<sup>MO</sup>  
F R E D E R I C O  
B O R R O M A E O  
S. R. E. C A R D I N A L I  
E T  
A R C H I E P I S C O P O  
M E D I O L A N E N S I



NIMVS iamdiu me impulit,  
munus aliquod ad te mittere:  
& caussas habui à beniuolen-  
tiâ , imò & beneficentiâ tuâ.  
An non sic interpreter huma-  
nissimam ad me scriptionem,  
cùm in hæc loca primitùs venissem , quâ me  
non dicam in Italiam, sed in domum tuam in-  
uitasti ? Et iterasti hanc benignitatem sæpiùs:  
vt iure obligatum me fatear, nexu quem pro-  
fiteri magis, quâm soluere ego possim. Ete-  
ce profiteor animo , ore, stilo : & hoc nomen  
in fronte huius libri prescribo . Quem non  
donum, sed syngrapham ad te mitto. quia au-  
tem donum , quod nec meum quidem dixe-  
rim : nisi collectione fortasse & ordine : cùm

IVSTI LIPSI  
E P I S T O L A R V M  
C E N T V R I A S I N G V L A R I S  
Ad Italos & Hispanos.

E P I S T O L A   L

*Pisas.*

Ivstvs Lipsijs Hieronymo Mercvriali S. D.



ERTE raro inter nos scribiimus , & id pro affectu meo in te dolet. Quid mihi gratius, quam te affari & alloqui, quem amo & æstimo vnum nunc pænè Italorum? Sed locanos seiungunt, ut vides ; atque etiam miseriae istæ temporum, & dissidia animorum. Cui rei tamen medicina nunc in parte. Nam ego me abduxì à locis, in quibus vixi hactenus, & transtuli in Germaniam ad loca puriora . Puto me capis . atque occasio erit non solùm sæpius inter nos scribendi, sed etiam liberiùs , remoto omni metu illo suspicionum , quæ me frustrà premebant. Ego bonus sum, fui, & magis palam ero. Tibi, pto amicitiâ nostrâ, liberè hoc indicatum volui. De Magni Ducis Etruriæ honestâ conditione, quam mihi defert ; nihil adhuc accepi , præter ea quæ litteræ tuæ strictim delibant . Tamen, ut nunc valetudo & res meæ sunt, parere & obsequi vix possum, et si benignissimè vocanti. Italiam vestram amo supra omnes terras , sed frui eâ & vobis multa nunc vetant : vtinam tamen vel cursum iterum possem inspicere, & vos tales amplecti ! digito videar mihi cælum tangere, & beatus esse supra omnes beatos . Videbo quid valetudo feret, in quâ curandâ nunc totus suin , & ad fontes acidulos me confero, ad intemperiem hanc mitigandam aut (ô vtinam Deo visum) tollendam. Vale vir maxime, & semper inibi care. Fran- cofurti ad Mœnum, xviii. Kal. Maijas, 10. xci.

A

E P I

